

LEONARDI PORTII

IVRISCONSULTI VICIN-

tini de Sestertio, pecunijs, pon-

derib. mensuris antiquis,

& stipendijs milita-

ribus.

LIBER SECVNDVS.

AM excusso sestertio, & pecunijs antiquis ita declaratis, ut quicquid illis expensum aut distractum, apud autores antiquos legitur, nostris pecunijs conferri, et facile intelligi poterit, adeoque ratio mihi uidetur confirmata, ut si que difficultas occurrat, quod autores inter se discrepent, aut non uerisimilia tradant, uitio librorum potius, quam obseruationi meae ascribatur, quod saepius admonuisse conuenit, quia (ut alias dixi) numeri non modo saepe corrupti, sed raro synceri, & pon-

quæfisse, & vix his diebus iam perfecto sestertio satis probabile argumentum ad hoc excussisse, iam editis Romæ quinque libris Cornelij Taciti nuper in Germania reperitis, ultra alios, qui usq; ad hæc tempora fuerunt in usu, ex quibus satis de-

Stipendiū antiquū & nostri temporis. monstrari videtur, Stipendium militibus antiquis tradi solitum, a stipendio militari nri temporis nō multū differre, quia videtur natura comparatum, quod ex usu, & necessitate mores effluxerint. Et ideo nimirū si apud antiquos, nostro ævo usu receptum sit, et ex commodo soluentis, & recipientis constitutum, ut pediatæ aurei terni ex nostris menstrui exhiberentur, quia ab expertis illius disciplinæ usu compertum fuit militi illius ordinis, hanc summā illo curriculo temporis posse sufficere, & equis

equitibus & reliquis plus pro por-
 tione oneris, & dignitatis. In hoc ta-
 men expresse nostra militia ab anti-
 qua differt, quia militibus nostri tē-
 poris stipendium uniuersum in pe-
 cunia numerata exoluitur, antiquis
 uero annona, & vestes, arma, & es-
 qui, ceteraq; utensilia ex publico
 tradebantur, quę tamen stipēdio im-
 putabantur, nisi donari in exhibitio-
 ne exprimeretur, reliquū quod su-
 pererat ex ordinario stipendio, in
 pecunia exoluebatur. Et ideo in plu-
 ribus locis legitur equitibus minus
 idoneis equos publicos ademptos,
 & armorum fideiussores receptos,
 & quod annona, & vestes stipēdio
 non imputarentur, in exhibitione
 aliquādo expressum. Autores cita-
 rede unaquaq; re longū esset, de an-
 nona Cornelius Tacitus, ppe finē
 quin-

*Vestes Ro.
dabant mi
litibus.*

quintidecimi libri attestat, cū scribit additum sine pretio frumentū, quo ante nō modo annonæ utebantur. De uestibus Plutar. in uita C. Gracchi scribēs, quod G. lege tulit, quod uestes, quæ antea ex publico tradebant, sed stipendio imputabantur, de cetero nō imputarētur, de armis & alijs necessarijs militig fides sit ex autoribus sumpta fuisse. Et in super ultra stipendiū ordinariū ex occasione, seu uictoria noīe p̄de, seu donatiui diuersas sūmas pecuniarū militibus exhibitas se pius fuisse cōstat, imo fere semp̄ rebus anxjs, uel lætis pro consulatione uel premio, donatiui nomine, ex uoluntate ducis seu copia stipendium extraordinarium tradi solitū. Sed iam argumentis, si testibus non poterimus, demonstrare conemur rē scitu dignissimā

nissimā, & quā p̄fecte intelligi mul-
 tum uite, & historie interest, & a le-
 uioribus incipiēdū. Plutarchus in
 uitis Pampei, & Cæsaris ānua mil-
 le talēta a senatu fuisse deputata Pō-
 peio pro stipendio exercitus, quē
 sub legatis Afranio, & Petreio suis
 auspicijs in Hispania alebat, eandē
 summam in conditionibus pacis,
 siue induciarū Carthaginēsis im-
 peratā pro impensa exercitus a Ro-
 manis, Appianus in bello Libyco
 scribit, & alibi hanc summā pro ali-
 mēto exercitus ordinarij deputatā
 legit, quæ cōputatione præmissa
 xvi. c. mill. n̄orū aureorū conficit.

*Ordinaria
 us exerci-
 tus Ro.
 qui erat
 duarū le-
 gionū con-
 stitit ānuo
 sexcentis
 millib. au-
 reis corō.
 ad intere-
 nendum.*

Porro ex Vegetio, & historicis
 colligi potest ordinarium exer-
 citū Ro. fuisse ex duabus legionib.
 quæ aliquādo & fere passim seculis
 posteriorib. singulę vi. M. peditū,
 &

*Legionib.
 duabus cō
 stat exerci-
 tus Ro. or-
 dinarius.*

& quingētos equites in se habebāt.
 Si hoc numero militum ip̄esa .M.
 talentorum deputata fuit, non ab-
 surda cōiectura elici potest antiquū
 a nostro militari stipendio nō mul-
 tum differre, cum duodecim millia
 peditum nostro æuo, pro stipēdio
 singulis tribuendo ex nostris tres,
 menstrua xxxvi. mill. accipient, &
 cum mos fuerit Romanis equiti tri-
 plex stipendium præstare, mille e-
 quites nouē millia, reliqua quinque
 mill. usq; ad .L. in salarijs cēturio-
 num, tribunorum, legatorū, in cō-
 uehendis machinis, & alijs extraor-
 dinarijs expensis uerisimiliter con-
 sumi potuerunt, qua computatione
 etiā Ro. L. mill. nostrorū aureorū
 singulo mense impensam habuisse,
 & anno integro sexcēta millia, quæ
 summa

*Equitum
 Ro. stipen-
 dium.*

*Sumptus
 In exerci-
 tum ordi-
 narium.*

summa sic distributa talentis mille
 ad alēdum exercitum ordinarium
 satis conuenit, & a communi stipen-
 dio nostri temporis non abhorret.
 nō ignoro tñ exercitum Hispanum
 Pompei duas legioēs excessisse, sed
 talē fuisse ordinariū historici, et Ve-
 getius scribūt, & dici possethāc sū-
 mam ordinarijs copijs deputatam,
 extraordinarijs uero ex libidine Pō-
 pei supadditis ex redditib. prouin-
 cijs, seu alijs extraordinarijs stipen-
 dia fuisse psoluta, & exemplū in Ce-
 sare legimus, cui bello Gallico. ij. le-
 giones fuerunt a Senatu deputatæ,
 quas postea ex libidine, seu necessi-
 tate ad. x. propria autoritate adau-
 xit, uel hęc mille talenta pro pecu-
 niario stipendio, reliquum pro ue-
 stuario, et annona aliunde quæsitū,
 quia aliter impossibile fuisset, tam
 G exigua

*Stipēdium
B. aureorū.*

exigua summa tam numerosum exercitum aluisse, & prosequēdo, que in hac materia obseruauit, pluribus in locis apud autores legitur, ternos aureos pro stipendio militibus traditos, ut in Lāpridio in uita Aeli Gabali prope finē, ubi scribit mulieribus, quasi militibus ternos aureos dare iussit, et in uita Diadumeni in principio, pro imperio ternos aureos, et Capitolinus in uita Albinii in principio, habebis facultatem dandi stipēdiū usq; ad tres aureos, et cum in hac summa diuersi autores conueniant: opinari possumus, stipendium ordinarium fuisse triū aureorum illius sæculi, qui singuli, ut in sestertio iam dixi, binas drachmas pendebant, & duos ex nostris representabāt. Sed maior difficultas occurrit, an illi, iij. aurei mēstrui
aut

aut maiori interuallo ordinarie per-
soluerentur. Suetonius in uita Do-
mitiani cap. de quibusdam consti-
tutis per eū, scribit: Addidit et quar-
tum stipendium militi aureos ter-
nos, ex quibus uerbis argumentū
satis probabile sumi potest, aēe Do-
mitianū tria tantū stipēdia militib.
tradi solita .i. quadrimestruata,
et sic dimidium stipendij nostri tē-
poris, uidelicet aureos nostros de-
cē et octo, et Domitianū quartū ad-
didisse ad instar Gallici stipēdij no-
stri temporis, quod trimestruum
apud illos mos est p̄solui, reliquū
ad summam triginta sex annonæ,
uestibus, & alijs necessarijs compu-
tatum. Multa alia argumenta de sti-
pendijs, quum res esset in obscuro,
obseruaueram, quæ scribere non
curauī, re iam satis meo iudicio

Alpes Car
nicæ.

discussa, autoritate Cornelij Taciti
in libro primo nuper reperto, ubi
mentionem facit de seditione milita
ri in transitu alpium Carnicarū o-
borta duce Blefo. Ibi milites sediti-
onis uocibus miseram cōditionem
suā conquerentes, quotidianis decē
assibus scilicet denario corpus & a-
nimam seruitio addixisse Impera-
tori exprobrabant, ex quibus uer-
bis mihi satis demonstrari uidetur,
quale fuerit stipendium, quod pedi-
ti apud antiquos ordinarie per-
solueretur, & obiter stipendio no-
stri temporis cōuenire, quia ex his,
quæ in sestertio declarata fuerunt,
satis probatum fuit decē asses dena-
rium, & triginta denarios antiquos
triginta sex marcellos Venetos, aure-
os uero tres nostri tēporis cōficere,
quæ summa menstrua ordinaria,
&

& communis, sicut & antiquis, etiã
nostro æuo fuit pro stipendio pedi-
tis, Equitibus uero centurionibus,
tribunis, legatis, & reliquis in mili-
tia priuilegiatis apud antiquos, &
nostris temporibus comparatione
peditum pro portione oneris, & di-
gnitatis constituta fuisse salaria cre-
di par est, & hæc satis de stipendio.

Reditus & thesauros populo-
rum, & regum tributa, diuiti-
asq; priuatas, & reliqua quæ in se-
stertio proposui, operosum & pror-
sus inutile esset recensere, si quis ue-
lit quascũq; summas pecuniarum,
quæ penes autores antiquos legun-
tur computare, cum declaratis iam
pecunijs, & ponderibus, id sibi u-
nusquisq; præstare possit, & ad pe-
cunias nostri temporis referre, non
nullas tamen exquirere non inuti-

le foreputaui, ut exēplo computatio facilior, & comparatione diuitarum, antiqui sæculi nostri mendicitas detegatur. Asses ratione, & exemplo in sestertio satis computati sunt, similiter denariornm pōdus, & ratio satis declarata, nec minus pōdo sestertij, & talenta, sed exempla adducamus. Liuius præcipue, & fere Latini auctores in exprimendis pecunijs, Pondo indeclinabili utuntur. De eo locū unū Liuij mihi pro exemplo assumam, libro xxvi. decadum, scribit ex præda Carthaginis nouę expugnatae delata fuisse ad imperatorē Scipionem decem & octo millia, & trecenta pondo argenti. Hęc summa ad nostros nummos relata sumēdo pondo pro mina, centum & octoginta tria millia nostrorum aureorum de Camera reddet

Pondo.

Redditus
po. Ro.

reddet, & sic totidem libras Venatas grossorum, quot pōdo, hoc idē libro xxvñ. scribit ex præda expugnatī Tarenti relata octoginta tria millia auri pondo. Credo scribi debere centū octoginta millia ex Plutarho in uita Fabij, qui tria millia talenta auri fuisse scribit, quæ pondo cētum & octoginta millia reddūt. Ex qua centum, & octoginta centena millia nostrorum aureorum signari potuissent, addito singulis charato, quo minus nostris pendēt, hæc de pondo sufficiant.

Talenta quibus in exprimendis magnis summis antiqui auctores maxime Greci usi sunt, multiplicia fuisse in tertio scripsi, sed Atticū, quod magis cōmune fuit, in exemplū assumā. Plutar. in uita Arist. scribit, Atheniēses a socijs ānua mille,

G iij &

& tercēta talenta exegisse, quę summa ad nostras pecunias relata exiā declaratis nouies centum millia nostrorū aureorū cōficit, quicquid ultra ex proprijs redditibus haberent s. uectigalib. tributis, metallis, quibus tota ea regio tūc maxime scatebat, & quibus illa respub. tā numerosas classes, & exercitus maxime bello Persico et Siculo cōstruxit, & aluit, et, p̄fusas in populū largitioēs et in sacrificijs, et in spectaculis pōpas exhibuit, nō est, p̄positi n̄ri recēserē, sed in mētionē talentorū, quia (ut superius dixi) his maxime anti qui in exprimēdis magnis summis utebant̄, omissis Lydię, Aegypti, Persiæ, & aliorum regum opulentissimorum redditibus, Imperij ab Alexandro acquisiti exemplum apponere uolui, pro miraculo diuitiarum

arum illius sæculi, argumento de
 redditu annuo imperij Romani in
 fine dilato. Iustinus in Epitomate
 suo lib. xij. scribit post obitū ipsius
 Alexandri in thesauro repta fuisse *Alexandri*
 c. millia talentorum, quæ ad nostras *Magni in-*
 pecunias relata, si Attica fuerunt, *credibiles*
 quæ minima, sexagies decies cente
 na millia nostrorum aureorum cō
 ficient, et in annuo redditu tercenta
 millia talentorū, quæ nostris com-
 putata summā triplicabūt, & cēties
 octuagies decies centena millia au-
 reorū nostrorū representabunt, quæ
 quicquid auri, et argenti nostro æ-
 uo toto orbe reperit, summam sine
 dubio excedit. Quo argumento de
 finant iam nonnulli diuitias, & glo-
 riam nostri sæculi celebrare, quum
 hoc maxime exemplo, & alijs in-
 fra dicēdis, & quæ adduci possent,

G v men

Nostri tē- mendicitas, & inopia nostri detega
 poris opes tur, si prædas uolumus exquirere.
 ad ueterū Plutarchus, Arianus, & alij, qui ge
 collate, mē sta Alexandri scripserunt, quadra
 dicitas aq- ginta millia talentorum captis Sus
 parebunt sis ex ærario Darij præter aliã preti
 & inopia. osam suppellectilem suscepisse, &
 præter ea, quæ Persepoli, Tyro, Da
 masco, & in pluribus alijs locis per
 cepisset, quæ summa intelligendo,
 ut supra de talentis Atticis sexaginta
 librarum ad nostros relata, uiciã
 es & quater, decies centū millia au
 reorum nostrorum efficiēt, si quin
 quaginta millia fuerūt, ut Arianus
 scribit, quinta pars addi potest, si de
 talentis Euboicis, seu Aegyptijs O
 ctuaginta minarū (ut credi par est)
 quæ in illis regionibus erant in usu,
 pro portioe summa multiplicabit.
 Iã satis de talētis, q̄a comparatione
 mag^s

magnæ summæ minimæ, & exemplo Atticorum Euboica, & Aegyptia coputari poterunt, quæ minas, seu pōdo .lxxx. pēdebāt, ut. Plī. attestat lib. xxxiij. c. iij. de Euboico alibi, & maximie in Līuio constat.

AD res Romanos tandē accedamus, quarū magnitudo, & gloria nos quæ sumus eiusedē terræ alūni, maxime in admitionē conuertere, & excitare debet, quod potius miremur thesauros uel redditus: an profusas impensas publicas, uel priuatas: de his omnibus mirabilia scribunt autores illius seculi, et maxime Plī. lib. xxxvi. c. xv. et alibi, quæ nō est nūc nrī ppositi recēserē. Si quis uelit, legere potest, et ex p̄suppositis ad nr̄as pecunias referre. Nōnulla tamen adducam pro exemplo fertiorum, & alia quædam pauca.

quæ

*Equestris
census.*

que magnitudinem Romani Imperij demonstrabunt. Quadringentis Sestertijs Equestrem censum constituisse omnes auctores consentiunt, quæ summa fuerit nostrarum pecuniarum, usque nunc ignorauimus, nunc ex præsuppositis constat decem millia nostrarum aureorum representare. Decensu senatorio, qui fuit primo teste Suetonio in uita Augusti cap. de eius liberalitate, ubi etiam significatio ad uerbum duodecies demonstratur, uiginti millium, & postea triginta millium, & de alijs priuatis diuitijs non placet ulterius disserere, quia superfluum uidetur. Diuitias Crassi mihi per exemplum Sestertij assumam, quæ fuerunt Sestertiorum uiginti milliū teste Plinio libro. xxx. iij. ca. x. quæ summa nostrarum aureorum efficit quingentes centum millia, quæ in telluris

*Census
Senatori-
us.*

*Crassi diui-
tiæ.*

te! ligo in annuo redditu, & non in capite, uel sorte, cum Plutarchus in eius uita scribat, iam decima suarū facultatum Herculi consecrata, & uniuerso populo Ro. epulo exhibitō, & ludis magnificentissimis, & alijs profusis expensis & largitionibus patrimonio exhausto, eum tamē septē millia, & centum talenta possedisse, quę summa usuris semis sibus plus dimidio uiginti millium in āno redderet, uidelicet ducēties quinquagies quinq; mille. Et forte locus in Plinio corrigi posset in decem millia, ut redditus sorti in Plutarcho positæ ppius accederet, uel fors in Plutar. duplicanda, accedit argumētum, quod ea decē, seu .xx. millia Sestertium in annuo redditu intelligi debeāt et nō in sorte, quā idē Pli. loco superius adducto, scribit Cras

Crassum dicere consueuisse non esse diuitem, qui legionē annuo reddi tuueri non posset. Legio. n. viij. milliū talentorū impensam non requireret. xx. uero milliū uel paulo minus nutrire posset, ut ex præsuptis de stipendio demonstraui.

DE impensis ædificiorū urbis Romę Plin. ut Sueto. et alios autores omittā, lib. xxxvi. ca. xv. refert, orbē terrarū non solum armis Romanis, sed etiam ædificijs, & operibus mirabilibus superatum.

THESAURI, & opes publicę Romanę. Ex magnitudine imperij, & tot opulētiss. gētib. et regnis, uidelicet Macedonię, Asię, Cypri, Aegypti, Cyrenarū, et alijs deuictis & expiatis cōiectari possunt, et uere dici

Thesau- potest quicquid auri, argēti, aut pretio
ros et opes se materię in toto orbe fuerit, in u-

nam

nam urbē defluxisse, ex quib. multa totius ora
bis deflu-
xiffe in ur-
bem Ro.
ex autoribus antiquis exempla ad-
ducere possem. Sed Plinius, ad hoc
et in pluribus alijs mihi sufficiat: li.
xxxiiij. sæpius adducto cap. primo
et tertio scribit ingentes, uel potius
mirabiles auri, et argenti congeri-
es diuersis temporibus in ærarium
Po. Ro. delatas. Ex quibus unū uel
duo exempla referam, ut obiter lo-
cus in illa parte (ut opinor) corrup-
tus corrigatur, reliqua in eo, et Plu-
tarcho, Liiuo, et alijs autorib. (si q̄s
uelit) legat, et ex p̄suppositis ad no-
stras pecunias referat. Verba Plii.
ut inferius in li. imp̄ssis legūt, auri in
ærario P. Ro. fuere S. Iulio, Aure-
lio Coss. septem annis ante Punicū
bellum tertium pondo. Dcc. xxv. &
reliqua quę sequūt, quę si itelligāt,
put legūt in imp̄ssis, male cohærēt,
&

Ærarium
Po. Ro.

& non respondent miraculo, quod
 Plinius ad ostētationem Romanæ
 potentiæ posteris tradere intendit.
 In libro scripto, ut infra legitur au-
 ripondo. Dcc. x. argenti pondo no-
 naginta duo millia, et in numerato
 lli. lxxxv. M. & cccc. quæ sūma ad
 nostras pecunias relata cōputando
 pondo auri centum ex nostris aure-
 is argēti. x. et pro sestertijs xxv. qua-
 ter decies centum, & sexcenta quin-
 quagena quina millia nostrorū au-
 reorū, uel alio modo, Quadrage-
 sena cētena, et quinquagena quina
 millia, si error non est in calculo.
 Reliqua quæ sequuntur, quia nec in
 libro scripto, nec in imp̄ssis satis mi-
 hi conuenire uidētur, cōputare non
 curauī, nec quid auri, aut argenti in
 ærario fuerit Sexto Iulio, & Lucio
 Mauro Cōs. aut Cæsar ciuili bello

ex eo expilauerit, aut Scipiones, Syl
 la, Marcus Lucullus, & deniq; Pō
 peius, & Cæsar deuictis gentibus in
 triumphis detulerint, & Cato sua il
 latogata expeditione ex Cypro, aut
 Paulus Aemilius ex deuicta Mace
 donia deuexerint, qui in ærariū ex
 ea auri pondo trib. millib. teste Pli
 nio, qui cū Plutar. non bene in hoc
 cōuenit, delatis, Po. Ro. tributo li
 berauit, quisq; sibi legat, & compu
 tet. Sed in mentione pecuniæ nos
 men tributi me impulit, ut exquire
 rem rem scitu dignissimam, & a ne
 mine autorum, quod sciã bene tra
 ditã, qd in redditu P. Ro. habuerit
 tēpore quo maxime uiguit, & potē
 tior fuit, nisi quis uelit Plutarchum
 in uita Pompei adducere, qui non
 immerito solitus sit predicare, se A
 stam ultimã puinciariæ accepisse, &
 H mediam

mediã sua uictoria prestitisse, et red
ditus populi Ro. ex quinquagies deci
cies centenis millib. ut uerbis Plu
tarchi utar, prout in libro cõuerso,
& impresso legit, ad octuagies deci
es centena millia auxit, quam tamẽ
summam si quis uelit computare, et
de Sestertijs argẽteis intelligere, ò
ne miraculum & rationabilem co
piam excederet. Si de greis, et sic mi
noribus ad uerisimilem nõ accede
ret, etiam si illa decies p cẽtena mill.
multiplicẽt, ut multotiẽs reperitur,
adeo quod nihil certi, aut uersimilis
ex uerbis Plutarchi impressi possit
omnino obseruari.

Sed ex lib. Greco, qui nup ad ma
nus nras puenit, fortasse emẽda
tiori q̃ ille q̃ olim in Latinũ fuit cõ
uersus, uel melius interpretato, uni
co uerbo mutato satis constat, quid
illo

illo seculo, scilicet triūphante Pompeio populus Ro. in annuo reddito habuerit, ut inferius adducā, Quid uero seculis posterioribus maxime etate Plinij, cū adhuc apud autores exquisite, uel ex p̄fesso non inueniam, per argumēta exquirere cōuenit. Quibus si credere uolumus, Plinius eruditionis magister, & sine quo, si uerū fateri uolumus, iam facta librorū antiquorū iactura, nihil sciremus, non absurde, id meo iudicio prestabit, si duo eius loci cōferantur, & bene obseruentur, & computentur. Sed prius uerba Plutar. adducā, cuius codex in eo q̄d imp̄sso latine legit centena mill. illa mill. in myriades corrigi debent, & numerus ad drachmas referri, et id in Greco exp̄ssū est, ut dicat uniuersa Ro. urbis uestigialia ante illud bellū fuisse

H ij quin-

Census
Po. Ro. an
nui incre
dibilis.

quingages decies centenas myriades drachmarum, & ad octuages quinquies decies cētenas auctas, & sensus qui aliter nullo modo elici potest, rectissime procedet. s. Pompeiū sibi arrogasse, quod redditus annuos Po. Ro. qui ante ipsum quingages decies centenas myriades drachmarum presterāt, sua uictoria ad octuages quinquies decies cētenas auxisset, quæ summa, ad nostras pecunias relata, ex his, quæ in Sestertio diximus, intelligi debet, ut quæ ante Pompeium quingages decies cētena mil. nostrorū aureorū fuerāt, ad octuages quingages decies centena mill. aucta fuisse, uel aliter, quæ quingages millena mil. fuerāt, octuages quingages effecta, cū ex his, quæ in Sestertio diximus, aurū argēto decuplo cōputet, & sic myriades. i.

as .i. decē millia drachmarum argē
 ti mille ex nostris aureis , qui sunt
 pōdere drachmæ conficiēt .s. quot
 myriadies drachmarum argētitor
 millia nostrorum aureorū intelli
 gātur, uel aliquid plus, uel minus, p
 ut illis diebus aurum argento con
 ueniebat. Et ex his satis redditus an
 nui Po. Ro. triūphante Pompeio
 intelligi possunt.

Quid autē habuerit seculis poste
 riorib. quib. ditior fuerit resp.
 iā ad Monarchiā redacta , maxime
 circa t̄p̄a Plinij, ex eo conabor ostē
 dere, n̄. eius locis collatis, ut superi
 us dixi: li. xiiij. ca. xviiij. de felicitate
 Arabiē scribit Indiā, Seres, et Ara
 biā uidelicet negotiationes, quę ex
 illis regiōib. in nostrum orbē deue
 herēt, adimere imperio Ro. annua
 millies cētena. M. sestertiorū, et in
 H iiij telligo

telligo de eris, et sic minoribus, q̄ ut
 in Sestertio dixi, iiii. denariū cōfici
 unt, & sic erūt millies uigena quina
 millia denariorū uel clarius dena-
 riū ducēties quinquagies cētū millia,
 quæ summa ad n̄as pecunias rela-
 ta ex p̄suppositis, ut decē denariū au-
 reū ex nostris referant, aureorū no-
 strorū bis decies, & quinquies cente-
 na mill. Et hanc summā scribit Pli.
 Indiā, Seres, Arabiā imperio Ro.
 quotannis ademisse, alio in loco ui-
 delicet libro vi. cap. xxiiij. scribit In-
 diā singulis annis quingentesimam
 exhaurire Romani imperij, et cū de
 India scribat, intelligo de tota illa
 negociatione oriētali de quo libro.
 xiiij. mētionē facit, q̄a ibidē māsio-
 nes & itinera nō solū ad Indiam, ex
 qua etiā merces Sericę deuehebāt,
 sed etiā ad Arabiā p̄tinētia describit,

ex quibus credi par est, Plinium de
 rota illa negociatione intellexisse. s.
 Serica, & Arabica, quę fere uniuersa
 Coptū oppidum Aegypti a mari
 rubro Camelis deuehebat, & si quinquagies multiplicet summa posita
 lib. xij. ca. xviii. uidelicet bis decies
 es, et quinquies centena millia, ad cę-
 tena uigena quę cętena mil. nostro-
 rum aureorū ascēdent, uel alio mo-
 do, cęties uigecies quinquies, decies
 centū millia, & totidem millena
 millia nostrorum aureorū, illa sum-
 ma posita lib. xij. quinquagies mul-
 tiplicata efficiet, et tantū habuisse in
 ānuo reddito populū Ro. sumpto.
 Ex his duobus locis Plinij collatis
 satis p̄babili argumēto nō absurde
 opinor, imo opinionē p̄fiteor, nec
 miraculum, aut incredibile uidebi-
 tur, si quę uestigalia, metalla, tributa,

*Hispania
uestigal et
fertilitas.*

et alios urbanos, & puinciales illius imperij redditus animaduertat, quos quasi ad calculū huius, et fortasse maioris sūmę iueniet, si exacte et particulariter qđ quęq; puincia solita sit, et potuerit illo sæculo exhibere cōplectat animo, cū ex Hispania sola ultra alios uberrimos, puētus mirabilis, & pene incredibilis auri, argenti, atq; aliorum metallorum copia, pueniret. Cuius tres tantum regiones Plin. tradit li. xxxiij. capite quarto uicena millia auri pōdo singulis annis Populo Ro. prestitisse, quid Turdetania, Bethica, Cantabria, & Celtiberia, & alię qđ hæ, & reliquę argenti, quas omnes argenti, & omnium metallorū fertilissimas fuisse ipse attestatur. Et idē cōfirmat Strabo in descriptione eiusdē, puicigę, scribēs apud Carthaginem

ginem nouam ex breuissimo terræ
 spatio stadiorū .cccc. id est ex quin-
 quaginta millibus passuum P. Ro.
 in dies uiginti quinque mill. drachma-
 rum, quæ summa ex nostris aureis
 duo millia, & quingentos conficit,
 redditum habuisse. Et ut etiam Plin-
 ius bonorū omnium, & præcipue
 auri, & aliorū metallorū fertilissimam
 prædicat: idem multi alij au-
 tores attestantur, ex quibus fortasse
 non temerarie proferri posset, Po.
 Ro. ex sola Hispania tunc maiores
 redditus percepisse, quàm uniuersæ Eu-
 ropæ puiciæ suis principib. nunc ex-
 hibeant. Sed quod Gallie metallis, et cæ-
 teris bonis fortasse non inferiores?
 Quid Italia tunc florētiss. Quid ipsa
 Roma totius orbis æporiū, & dñā,
 quātū sibi ipsi præstitisse credi par-
 est. Quid Illyricū uniuersū auri, &

H v argenti

argenti fertilissimum, cuius unam tantū partem breuissimo spatio in Dalmatia Plinius loco superius ad ducto refert quinquagenas libras auri singulis diebus effudisse: quid prouinciæ illi contiguæ, et eiusdem naturæ (ut Britannia et Germanias omittā, quibus illis seculis argenti, et auri metalla nondum cupido aut ingenium fuerat scrutari) Epirum, Macedoniam, Pānonias, Mœsias, Thraciam: Quid tot Græciæ regiones, quibus etsi multū prioris fortune tūc deesset, tñ illius non contemnendā partē seruabant: Quid magna Chersonessos, a quibusdam Asia minor appellata, ex qua, nec integra, et iā per Mithridatē exhausta, Sylla una indictiōe. xx. M. talē torq̄ exigere non dubitauit: Quid extra illā Pōticae regiōes, ex quib. uellus aurum:

*Cherson
essos.*

aureum? Quid aliæ ultra Taurum
 ditissimæ, Syria, et aliæ circa illā a
 Romanis tunc possessæ? Quid Ae
 gyptus, Cyrenæ, Lybia, Numidia,
 Mauritania? qd tot sparsæ mari nro
 insulæ felicissime. quarum omniū,
 et aliarum continentis regionum,
 tunc Romano imperio subiectarū,
 si quis diuitias, potentiam, et reddi
 tus per autores relatos complectatur
 animo, nō profecto mirabitur,
 de his quos ex Plinio computando
 excussi, sed maiores fuisse credet, et
 paulo minus ex alijs autoribus illi
 us sæculi calculo confirmabit, si ar
 gumētis ex Plinio adductis minus
 fidei præstiterit. Quod aliquando
 exquirere cogitavi: et fortasse nō ab
 surde p̄fecissem p̄scrutādo, qd q̄q̄
 regio, seu Reges, tunc uel paulo an
 te in redditu habuisset, nisi ab̄iūso
 &

& prorsus inutile uisum fuisset, ex di-
 uersis autorib. & multiplicib. locis,
 coniectura, & argumētis exquirere,
 quod ex duobus quasi eiusdē seculi
 luculētissimis autorib. satis & apte
 cōsequi possem, quorū autoritates
 sibi inuicē maxime fidē arrogent,
 cū ea quæ ex Plinio adduxi, nō uul-
 gare testimoniū afferant, his quæ
 Plutar. in loco superius adducto at
 testatur, Populū Romanū triūphā
 te Pompeio octogitaquinq; myria-
 das drachmarū, & sic octogita quin-
 que millena mil. nostrorū aureorū
 in annuo reddito percepisse. Et hec
 illa confirmant, quæ ex Plinio ad-
 ducta fuerunt, tot prouincijs postea
 imperio additis, & ex diuictis ante
 Pompeium usque ad tempora Plin-
 ni pacatis, & ad uberiores prouen-
 tus (ut credi par est) productis, illa
 octo-

octoginta millena millia ad cētum
& uiginti quinque millena millia ac
creuisse, quod facile disquirere po-
test, si quis postea acquisitas, & pa-
catas prouincias recensere uelit, &
quales fuerint, considerare.

Sed cum iam satis pecunię decla-
rata, & computatę fuerint, & o-
biter alia multa quibus expendun-
tur, ut impensę, & antiquorum mo-
res nobis innotescāt, res poscere ui-
detur, ut melius cognoscantur, mē-
suras seminum, liquorum, & agro-
rum his addere, quibus uita cōstat,
& potissimū ad eorū usum pecunias
inuētas fuisse credendū sit, cum reli-
quę merces permutādo nō semper
usibus uitę cōuenirēt. Et ideo ex u-
su, & cōmodo mortaliū metalla, &
ex his pecunias inuentas credi par-
est, quę omnibus cōmercijs, & maxi-
me

me his, quæ uictui necessaria forēt,
 semper essent opportuna, et sic uniuersa antiquorū contractio cognoscitur, quas mihi uenia sit, si t̄p̄ breuissime, et festinata cura percurrā, quod ingeniolum meum promptissimum ad referendum qualia cunq̄ studio assecutum sit, negotia urgentissima impediānt, et alio cōpellāt. Ideoq̄ mihi satis erit mēsuras antiquorum frequentiores excutere, & obiter nostris conferre, et ita breui elogio declarare, ut omnibus quib. erit curæ, ex his facili disquisitione reliquæ minus frequentes possint innotescere. Mensuræ igitur liquorum, ut ab his initium capiam, quæ frequentiores, et stabiliores apud antiquos fuerunt, quia humida pondere inter se parum differunt, cum in eo sicca, et præcipue semina, quibus

*Humida
 parum p̄
 dere differunt.*

Humida parum pondere differunt, cum in eo sicca, et præcipue semina, quibus

bus uita cōstat, genere et specie raro conueniant, ut Triticū a Milio, et utrūq; inter se, et ideo eorū mēsuræ non facile pondere dephēdi possunt. Omissis igit̃ his, quæ tantum ad medicinæ usum repertæ sunt, ut Cyatho, Myxto, Cocleari, et reliquis similib. frequentiores ad usum uitæ fuerunt hemina, siue cotila, sestarius, congius, urna, āphora, culeus, quo nulla mēsurā liquōrū maior fuit apud āntiquos. Hemine duę sextariū, sex sextarij cōgiū, quatuor cōgij urnam, duę urnæ āphoram, xx. amphoræ culeū cōficiunt. Harū ratio ex autoribus inferius demōstrabitur, et primum ex autoritate autoris illius in volumine Prisc. inserti sine titulo, qui carmine p̃secutus est pōdera, et mēsuras antiquas, quem Rh. F. appellari scriptū repi, ex cuius

Mensuræ
liquorum

Rhemmi
us Fauinus

com

*Vrna.**Culeus.
Congius.
Sestarius.**Amphora.*

computatione hæc omnia sumi pos-
sunt, & ex alijs autoribus particula-
riter comprobabunt. Quod urnæ
quadraginta, & amphoræ uiginti,
culeum conficiant clarum est, de ur-
nis Columella lib. iij. ca. iij., ppe fi-
nem, de amphoris Plin. lib. xiiij. ca.
ix. demonstrat, scribens septenos
culeos cētenas quadragenas āpho-
ras cōficere. Sestarij, & congij quo-
modo inuicem se habeāt, demōstra-
tur autoritate Catonis ca. lvij. dum
scribit mense sexto, & reliquis ope-
rarium bibere iustū esse uini sesta-
rium, idq; referre in mense cōgios
quinq; dicit, qui sexies multiplicati
sestarios .xxx. conficiunt, & sic sex
sestarij congium. Sequens cōputa-
tio non proprie, sed ppe conuenit,
cum scribit in mense x. xi. in dies he-
minas .iij. in mense amphorā, cum
amphora

amphora sestarios quadraginta ^{o = Amphora}
 cto, et sic heminas nonaginta sex cō
 ficiat, et computatio nonaginta tan
 tum demonstrat, superior itē nō cō
 uenit, et codex deprauatus est. Lea
 gitur enim in libro meo imp̄ssuræ
 antiquæ, loram bibant menses. iij.
 mēse. iij. heminas, et reliqua. Scri
 bi debet lorā bibant primos duos
 mēses, tertio et quarto heminam, ut
 numerus mēsiū duodecim, et sic an
 ni reperiatur, et a primis, & nō a ter
 tio, & quarto computatio initiū ca
 piat. Sed nec cōputatio cōuenit, cū
 xxx. heminæ, uidelicet sestarij quin
 decim duos tantum, & dimidiū, &
 nō. iij. cōgios cōficiant, & sic aut er
 ror in codice, aut me^o est, aut de mi
 nimo nō curauit. Heminā esse dimi
 diū sestarij Gel. li. iij. ca. xiiij. testat. ^{Hemina.}
 Liq̄r itaq; mensuris ita declaratis,

ut quid inuicē capiāt, & capiant, factis intelligi possit, earz pōdera, quibus præcipue deprehendi, & ad nostras referri possunt, dicenda sunt, & a minore, ex iam dictis initiū capiā. Hemina pendet uncias decē, sestarius uiginti, hoc est librā & bessem, cōgius libras .x. urna quadraginta, amphora octoginta, culeus mille, & sexcētas libras pēdet, hæc ex dispositione iam dicta mensurarum, & ex multis autoribus, & maxime ex Fauino supradicto colligi possunt, & de amphora, & sestario S. Pompeius attestat. Et ex pulcherrima Pliniana cōputatione paucis cognita li. xiiij. ca. iij. scribendo de uino Opimiano colligitur, et obiter usurę semissium cōphendunt, quas nris seculis diu nō bene cognitas mihi olim applaudebam, uel solū, uel
in

*Mensura
liquorum
quo ponere.*

Fauinus.

Usura.

inter paucos intellexisse, postea longo interuallo Hermolaū inter nr̄g atatis literarum assertores eminentissimū, in prima editione Plinianę castigationis ignorasse, in secunda nō suo fortasse inuento, sed ex alicuius relatione, ex eo cognouisse animaduerti, ^{quā} locū Columellæ corruptū adduxit. Ex quo nec cōputatio, nec usurę semissii subduci possūt, & excutionē sui codicis corrupti ipsemet excludit, p̄fitēdo in fine opis nihil mēdosum in eo reperiri posse, sed fortasse ex eo uitiū fuit, quod ad summam Sestertiorum, ex qua usurę, nō ad principium, ex quo summa subducit̄ aduertit, uidelicet ad modū, seu numerū iugerū, quę septē & nō octo, ut in codice corrupto legitur, poni debent, ut computatio Sestertiorū, ut ex ea usurę semissium

Locus
Columellæ

recte, & sine uitio subduci possint, quas ex occasione mensurarum, & se-
 tertiorum hoc loco declarare libuit, ut uno cōtextu duæ pulcherrime, &
 utilissimæ Plinij, & Columellæ cō-
 putationes & obiter amphora, &
 Vrna discutiantur, & codex Colu-
 melle corruptus corrigatur. Usurg
 igitur semissium non semis sortis. s.
 ex centū quinquaginta, ut diu insci-
 te creditum, sed sex pro centum red-
 dunt. Exempli gratia, ut qui centū
 dederit, annua sex pro usuris semis-
 sibus recipiat. Si mille sexaginta, &
 sic ex quacunq; sorte sex pro cētum
 ānua referat. Quæ adeo ciuiles, &
 modicæ, ut Plinij uerbis utar, existi-
 matæ sūt, ut etiā nris seculis, nō pro-
 odiosa decoctura, sed quasi p bene-
 ficio receptæ sint, & si loco pretij sit
 res, quæ fructum reddat, iam quasi
 etiā

Usurarum
 ratio.

etiam a nostra religione tolerantur,
 & ex eo Semisses dictæ sunt, quod se-
 mis cuiuscunque pecuniæ, cuius erit
 fors, quolibet mense reddat. Quæ si
 integrâ pecuniâ quolibet mense præ-
 staret, duodecim annua referret, p-
 centum. Exempli gratia (ut etiâ he-
 betioribus pateat) qui centum aure-
 os dedit, dimidiatum aureum quo-
